Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26487
Copyright: Admont, Benediktinerstift



58 egypti. et mane uidebitis glam ei. Per uespam
in qua sol est decliuior ad occasum. ir-
ruentes homini temptationes figurantur,
per mane uero gratia diuina qua cor hominis
illustratur accipitur. Unde ait psalmista.
Ad uesperum demorabitur fletus et ad matu-
tinum leticia. Sed plane in uespera quod est
temptationum procella. scit homo quod edux-
erit eum dominus de egypto. nam cordis oculo
luce clarius perspicit. quia si in tenebris
huius seculi permansisset. quanta mala commisis-
set. quam longe a deo recessisset. et hac de
causa uota uotis accumulat. in mensasque
gratiarum actiones suo liberatori rependit. Tan-
dem recedentibus temptationum et ignorantie
tenebris succedentibusque prosperis. illud mane
illucessit in luce uisitationis diuine.
in quo mane uidet homo glam dei.
glam uidet dulcedinis sue. quam amari-
catum cor eius dominus consolabitur et subleua-
bit. De hac consolatione dicit propheta.
Exitus matutini et uespere delectabis.
Exitus matutini et uespere tunc dominus de-
lectat. dum electos suos ad hoc prouehit.
ut non solum bona. uerum etiam mala quod sunt
59 temptationes. illis in bonum cooperentur. Au-
61 diuit et murmur urbem contra dominum